⁵²⁾ Der Konstanzer Friedensvertrag vom 9. Juni 1459 zwischen Hz. Sigismund und den Eidgenossen, vermittelt durch den päpstlichen Legaten Stefano Nardini. S.o. Nr. 5891 Anm. 3.

⁵³⁾ Zur Haltung Hz. Albrechts VI. von Österreich vgl. Nr. 6387.

⁵⁴⁾ Kg. Ladislaus von Böhmen/Ungarn (1441-1457).

⁵⁵⁾ Spätestens hier, mit einer langen wörtlichen Selbstanrede durch sein Gewissen (Conscientia, Z. 147-214), nimmt die Bulle den rhetorischen Charakter der großen predigthafter Reden Pius' II. an.

⁵⁶⁾ Das hier angesprochene Wandel vom „Aeneas“ zum „Pius“ ist bei Pius II. ein zentrales Motiv der Selbstdarstellung. Es gelangte 1463 in der Retraktionsbulle zur vollen Entfaltung. S. J. Helmuth, *Die zweite Dekade des langen Basler Konzils (1440-1449). Perspektiven, Konversionen, Piccolominiana. Überlegungen am Ende einer Tagung*, in: H. Müller (Hg.), *Das Ende des konziliaren Zeitalters (1440-1450). Versuch einer Bilanz* (Schriften des Historischen Kollegs. Kolloquien 86), München 2012, 315-348, hier 344-347 (ND in: Helmuth, *Wege der Konzilsforschung* 355-392, hier 382-387); Weinig, *Aeneas suscipite*.

⁵⁷⁾ Häufig zitiertes Sprichwort nach einer Inschrift auf dem Apollotempel in Delphi; vgl. P. Courcelle, *Connaiss-toi*

successorem geris. Te caput ecclesie militantis, te ducem, te magistrum, te doctorem, te iudicem Christi- 150
 tiani populi constituit dominus, et claves tibi regni celorum credidit.⁵⁸⁾ ‚Noli querere fieri iudex‘, inquit
 sapiens, ‚nisi valeas virtute irrumpere iniquitatem, ut timeas faciem potentis et ponas scandalum in
 agilitate.⁵⁹⁾ Super gentes et regna moderator celi et mundi dominus te Christus ordinavit, ut destruas et
 evellas, edifices et plantes. Et quid agis? Quid dubitas malas evellere plantas? Nemo iuste iudicat, qui vel
 odio vel gratia vel metu flectitur. An ignoras Sigismundus quam scelestum, quam atrox, quam tetrum et 155
 horrendum admisit facinus in episcopum, in cardinalem, in te ipsum? Si tui corporis cardinales, ut iura
 volunt, partes habentur, iniurius et impius fuit, non presbiteratui, non episcopatui, non cardinalatui, non
 papatui, non Christo pepercit, cuius sacratissimam diem pugna iniqua et cardinalis capitivitate fedavit. Et
 quis clericorum posthac tutus habebitur, si episcopi, si cardinales armis atque insidiis capiuntur? Et quis
 deinceps vindictam timebit, si violatores tantarum dignitatum impune abeunt? Actum de omni clero 160
 deque omni religione fuerit, si qui tecum unum sunt, absque ultionis periculo violantur. Summa sacerdo-
 talis dignitas, beati Petri auctoritas, Ihesu Christi maiestas palam in hoc scelere lesa est, et tu tanti piaculi
 vindictam assumere dubitas putasque vel imperatorem vel alium quemvis principem egre laturum, si
 iudicium feceris?

Absit a te hic metus! Nichil est cur hec nomina timeas. Iustus est imperator et honesti tenax. Iustus 165
 Albertus, iusti et ceteri principes, qui non consanguineos solum, sed ipsos quoque filios ex se genitos
 legum vinculis coerceri plectique, si peccarint, non indigne ferent. Magna vis iustitie est, que vel damna-
 tum iure se passum esse fateri cogit. Nichil imperatori magis cordi est, quam iustitia communis et sanctis-
 sima virtus. Scit sua mansuetudo, quia iustitia pacem parit, gentem elevat, solium et regnum confirmat,
 letitiam gignit⁶⁰⁾, et amatores suos beatos atque immortales efficit. Utilius imperatori videbitur infructuo- 170
 sum palmitem amputari, quam in pernitenti bone vitis retineri⁶¹⁾, neque propterea domus Austrie gloria
 interibit, quod unus aut alter ex principibus eius damnetur, que Rodolphos, Albertos, Federicos, Leopold-
 dos, Ernestos, Vilhielmos⁶²⁾ et alias quamplures illustres animas peperit, non Austrie solum ac Suevie, sed
 Hungarie, Bohemie et ipsius Romani imperii gubernatrices. Eacidarum quippe decus Horestis⁶³⁾ infamia
 non extinxit, nec splendorem Julie gentis Neronis⁶⁴⁾ turpitudine delevit, nec Francorum lucem Hilde- 175
 brandi⁶⁵⁾ offuscavit ignavia, nec senatus apostolici puritatem atque nitorem impurus et fetidus Judas⁶⁶⁾
 commaculare potuit. Illustrium familiarum non texisse, sed non habuisse maleficum vera est et solida
 laus. Rara prosapia est, que non aliquando monstra pepererit. In omni gente et in omni domo

*toi-même: de Socrate à Saint Bernard, 3 Bde., Paris 1974/1975; W.J. Hankey, Knowing as We Are Known? in Confes-
 sions 10 and Other Philosophical, Augustinian and Christian Obedience to the Delphic Gnothi Seauton from Socrates to
 Modernity?, in: Augustinian studies 34, 1 (2003) 23-48; C. Trottmann, Du „connais-toi toi-même“ à la connaissance de
 Dieu. Originalités de Guillaume de Saint-Thierry, convergences et divergences avec Bernard de Clairvaux, in: L. Mellerin
 (Hg.), Guillaume de Saint-Thierry, de Liège au Mont-Dieu (Cîteaux 69), Forges-les-Chimay 2019, 133-154.*

⁵⁸⁾ Vgl. Mt. 16,18.

⁵⁹⁾ Sir. 7,6.

⁶⁰⁾ Vgl. Augustinus, Sermo LXXXIX, ed. Migne, PL XXXIX 1915-1918, hier 1917: Verum gaudium non
 possidetur, nisi pax et iustitia teneatur. Prima est enim et quasi radix iustitia; secunda pax; tertia gaudium:
 de iustitia nascitur pax, de pace gaudium generatur.

⁶¹⁾ Vgl. Jes. 5,1-7; Mt. 18,8.

⁶²⁾ *Aufzählung habsburgischer Könige (Rudolf I., Albrecht I.-II., Friedrich der Schöne) und Herzöge (Rudolf II.-IV.,
 Leopold I.-IV., Ernst der Eiserne, Wilhelm der Ehrgeizige) im typisierenden Plural. Zu diesem Stilmittel vgl. Helmuth
 RTA XIX 2, 507 Anm. 41.*

⁶³⁾ *Orestes, Sohn des Agamemnon, aus dem Geschlecht des Aiacos. Er tötete seine Mutter Klytaemnestra und ihren
 Liebhaber Aegisthos. Sinn der folgenden Beispiele aus Bibel und römischer Geschichte: Ein schwarzes Schaf, sei es männlich
 oder weiblich, zerstört nicht die Ehre der Familie.*

⁶⁴⁾ *Nero, röm. Kaiser (54-68), aus dem Geschlecht der Julier. Sein negatives Image ist durch den Brand von Rom und die
 Christenverfolgung gekennzeichnet.*

⁶⁵⁾ *Hildebrand, der Mörder Kriemhilds im Nibelungenlied.*

⁶⁶⁾ *Judas Ischariot, Apostel und Verräter an Jesus Christus.*

Catilinam⁶⁷⁾ invenies et Cethegum⁶⁸⁾. Neque Davitica stirps⁶⁹⁾, quam sue plebi dominus regnaturam
 180 elegit, suis blasfemis caruit. Et inter nepotes Abraham Esau⁷⁰⁾ reprobatus est. Et si feminas licet
 inspicere, in genealogia salvatoris cum Bersabee⁷¹⁾ Thamar⁷²⁾ annumeratur et Raab.⁷³⁾ Quid mirum, et si
 in Austr(i)ali familia, que iam pluribus seculis regno potita est et imperio, unus inventus est Sigismundus,
 qui maiorum suorum exempla refugerit. Generosi principes aut non ali suis in domibus sceleratos sinunt
 aut altos, quamprimum queunt, eliminare nituntur. Castigandus est omnino hic Sigismundus, eiiciendus
 185 ab ecclesia, nisi resipiat. Quid stas? Quid dormis? An suum honorem pensitas, qui tuum minime pensita-
 vit? Vide, quid agas. Omnis clerus, omnis ecclesia contra te stat et sacer cardinalium senatus et omnis
 apostolorum chorus et ipse Christus, ut iudicium facias, obnixè requirit. ‚Diligite iustitiam, qui iudicatis
 terram⁷⁴⁾, inquit sapientia, et propheta: ‚Iustitia et iudicium preparatio sedis tue.⁷⁵⁾ Vicem dei geris in
 terra, et humano more amicum vocare in iudicium titubas? Gentilis homo Torquatus⁷⁶⁾ et gentilis vite
 190 Brutus⁷⁷⁾ filiorum delicta securibus vindicarunt, et tu Christiani ductor exercitus, cuius dexteram iustitie
 plenam esse oportet, vel mediocris amici existimationem ledere times? Quid, si contra proprios filios
 esset agendum? An sacerdotis Heli ruinam ignoras, qui, dum filiorum tolerat iniquitatem et se ipsum et
 illos perdidit?⁷⁸⁾ Et servatus contra imperium domini Agag Saulem regno deiecit.⁷⁹⁾ Zelum Fines⁸⁰⁾ aut
 Helie⁸¹⁾ fervorem tronus iste requirit, procul amor, procul metus ab hac sede facessat.
 195 Sit quantumvis potens et magnus peccator, ut penam pendat, oportet. Cede meliori, si locum nescis
 tenere. Viros fortes atque intrepidus cathedra beati Petri requirit. Nunquid legisti, quantus fuerit prede-
 cessorum tuorum in puniendis sceleribus calor, in eliminandis malefactoribus ardor, in vindicanda
 ecclesie libertate rigor ac vigor? Subeant in memoriam Stephani, Leones, Adriani, Gregorii, Zacharie,
 Alexandri, Innocentii, Nicolai et alii quamplures antistites⁸²⁾, qui ante te hoc solium tenuerunt. Recole
 200 illorum ingentia facta et magnificos ausus, nec verearis unius ducis quamvis magni et prenobilis temerita-
 tem audaciamque compescere, cum illi clarissimos sepe reges atque ipsos etiam imperatores, quoniam
 ecclesie insultarent, apostolico ferire mucrone non dubitaverint. Erige animum, et usque ad mortem certa
 pro iustitia! Et ubinam gentium locorumque gubernatrix regnorum expultrixque vitiorum iustitia domici-
 lium invenerit, si apostolico fuerit ex palatio repulsa? Quem denique fautrix et adiutor bonorum virorum
 205 iustitia a potentiorum contumelia vindicabit, si neque cardinalem protegere valet? Cave, pontifex, cave,
 inquam, ne dum salutem unius consultum vis et illi noceas et multis aliis! Cave, ne, dum servare unius
 amicitiam studes, multorum ac pene totius Christiane societatis in te odium concites! Cave atque iterum

⁶⁷⁾ Lucius Sergius Catilina (108-62 v.Chr.), römischer Politiker, bekannt durch einen versuchten Umsturz im Jahre 63 v.Chr. und die gegen ihn gerichteten vier Reden Ciceros.

⁶⁸⁾ Rufius Petronius Nicomachus Cethegus, römischer Konsul. Er wurde 545 n.Chr. während der Belagerung Roms durch die Goten des Verrats bezichtigt.

⁶⁹⁾ Das Geschlecht Kg. Davids, aus dem Jesus Christus stammte.

⁷⁰⁾ Esau, Sohn Isaaks. Er verlor sein Erstgeburtsrecht im Tausch gegen ein Linsengericht. S. Gen. 25,29-34.

⁷¹⁾ Bathseba, erst außereheliche Geliebte, dann Frau Kg. Davids; s. 2 Sam. 11.

⁷²⁾ Tamar, eine Tochter Kg. Davids. Sie wurde von ihrem Bruder Amnon vergewaltigt. S. 2 Sam. 1,13-22.

⁷³⁾ Rahab, Frau des Salmon und Vorfahrin Kg. Davids; s. Mt. 1,5. Sie wird verschiedentlich als Hure bezeichnet; vgl. Jos. 2,1; 6,17 und 25; Hebr. 11,31; Jak. 2,25.

⁷⁴⁾ Weish. 1,1.

⁷⁵⁾ Ps. 88,15.

⁷⁶⁾ Titus Manlius Torquatus, röm. Konsul im 4. Jh. v.Chr. Während des 2. Latinerkrieges 338 v.Chr. ließ seinen gleichnamigen Sohn nach einem nicht genehmigten Erkundungsritt hinrichten. Vgl. Titus Livius, *Ab urbe condita* 8,7. Eine ähnliche Reihe überharter Gesetzesvollstrecker des Alten Testaments und der römischen Republik findet sich in Enea Silvio, *Germania*, ed. Schmidt 37f. c. 39; ed. Fadiga 171f. c. 84f.

⁷⁷⁾ Lucius Junius Brutus, erster römischer Konsul nach dem Sturz der Tarquinier. Er ließ seine Söhne Titus und Tiberius 509 v.Chr. hinrichten, weil sie sich gegen die junge Republik verschworen hatten.

⁷⁸⁾ Der Priester Eli, der die Untaten seiner Söhne nicht unterband; vgl. 1 Sam. 2,12-35; 4,16-18;

⁷⁹⁾ Saul, Kg. der Israeliten, verschonte den besiegten König Agag und verlor später sein Königreich. Vgl. 1 Sam. 15.

⁸⁰⁾ Pinhas; s. 1 Makk. 54.

⁸¹⁾ Elia; s. 1 Makk. 58.

⁸²⁾ Aufzählung machtvoller Päpste als Vorbilder strengen Vorgehens gegen Feinde der Kirche –wie Sigismund – angesichts von Pius' Gewissenskonflikt; wiederum im typisierenden Plural; s.o. Anm. 62.

cave, ne, dum hominum inire gratiam paras, indignationem et iram dei omnipotentis incurras! Nam tibi nemo amicus esse debet, qui Christi sit inimicus. Christus omnes iniquos odio habet et te quoque omnem iniquitatem odire, persequi, punire, resecare ac prorsus eradicare oportet, neque tolerandus tibi quispiam 210 est, qui reliquo corpori noceat. Qualis est Sigismundus, qui suo perverso exemplo totam scandalizat ecclesiam et ovile inficit salvatoris. Putride carnes ferro indigent et cauterio. Quin age infectam pecudem ex Christi caulis ac septis ejice piscatorisque tandem cultro putridum resecare atque abjice membrum. Illuceat nobis iustitie tue lumen et omnis facessat ab ecclesia perversitas.“

Hec cum nostra Conscientia flexanimam adversus misericordiam retorsisset iacula, rubore quodam 215 perfusi sumus, qui per clementie speciem tam procul a iustitie tramite abiissemus remensique animo dignitatem nostre sedis a privata persona recessimus, et induimus publicam, cuius est communi utilitati consulere, reiecto quocunque privato commodo vel affectu. Non tamen omnem mansuetudinis nostre memoriam abiicere potuimus. Nam, quamvis potuissemus e vestigio Sigismundum incidisse penas declarare, quas sacri canones in eos decernunt, qui suos pontifices hostiliter capiunt aut in cardinales 220 violentas injiciunt manus, quando de Sigismundo id erat manifestum ac notorium, supersedendum tamen aliquandiu decrevimus, si forsitan ipsum malorum suorum peniteret operum et mollitum cor eius veniam flagitaret. Sed perstitit furor eius neque aperti sunt oculi, ut viderent lumen. Nam, quamvis ad nos duos ex consilio suo viros transmiserit⁸³⁾, non tamen errorem suum recognoscere voluit, sed ad excusandas excusationes in peccatis illorum legatio fuit. Nos tamen eos, quantum voluerunt, patienter et benigne 225 audivimus. In quorum dictis nichil invenimus, quod vel delictum Sigismundi comminueret vel ipsum de perpetrato malo dolentem ostenderet. Fatebantur enim ambo rem, ut supra narravimus, gestam neque inficias ibant, quin temeraria et inconsulta fuissent Sigismundi opera, id solum rogantes, ne dure secum ageremus. His respondimus nos iudicis locum tenere facturosque, quod sacri canones imperarent. Nec tamen, ut in tanto et tam atroci delicto ac tam manifesto tamque notorio dignum videbatur, declarationis 230 sententiam statim promulgavimus, sed mansuetudinem mansuetudini cumulantes, quamvis de facto plenam et certam notitiam haberemus neque informatione indigeremus ampliori, quo plus temporis ad resipiscendum penitendumque Sigismundo tribueretur, dilecto filio nostro Johanni titulo sancte Prisce sancte Romane ecclesie presbitero cardinali duobusque simul episcopis commisimus⁸⁴⁾, ut de supradictis Sigismundi excessibus inquirerent et nobis comperta referrent. Qui rite, ut tante rei gravitas exposcebat, 235 instituto processu, examinatis testibus, discussa et cognita veritate, duo ex eis (nam tertius certis de causis interesse non potuit) publicum et notorium esse nobis retulerunt cardinalem ipsum a Sigismundo prefato hostiliter invasum, violenter captum et turpiter habitum fuisse, quamvis postea data pecunia et multis promissis in libertatem exisset.

Verum neque hac habita relatione ad declarationem penarum, ut multi suadebant et res videbatur 240 exposcere, duximus festinandum. Sed monere ipsum Sigismundum statuimus per litteras nostras in valvis ecclesie Senensis et in vicinis sibi locis affigendas, cum tutus ad eum non pateret accessus, ut intra quinque et quadraginta dies coram nobis propria in persona compareret, causas ac rationes in medium adducturus, si quas haberet, propter quas adversus invasores episcoporum et cardinalium inflictas a iure penas incidisse declarari non deberet.⁸⁵⁾ Affixe fuerunt, ut decrevimus, littere, executum monitorium et, 245 ut appellatio, de qua mox subjiiciemus, ostendit, ad Sigismundi notitiam deductum facta est relatio.⁸⁶⁾ Dies termini iii kal. augusti (30. Juli 1460) anni presentis effluxit.⁸⁷⁾

Paucis diebus ante terminum accessit nos doctor quidam ex Pruscia oriundus nomine Laurentius⁸⁸⁾ alter ex duobus, quos supra retulimus iussu Sigismundi nos adivisse. Is audientia obtenta bis a nobis coram nonnullis cardinalibus auditus est neque alia dicere novit, quam prius dixerat, quamvis Sigismundum metu quodam inani ductum affirmaverit, ut cardinalem interciperet. Ceterum subeundi iudicii aut

⁸³⁾ *Die Gesandtschaft der herzoglichen Räte Hans von Kronmetz und Lorenz Blumenau Anfang Juni 1460; s.o. Nr. 6214, 6235.*

⁸⁴⁾ *Die Kommission bestand aus Kard. Juan de Mella, dem Bischof von Arras Jean Jouffroy und dem Bischof von Torcello Domenico de' Domenichi; s.o. Nr. 6281 Z. 15-17*

⁸⁵⁾ *S.o. Nr. 6222 (1460 Mai 19).*

⁸⁶⁾ *S.o. Nr. 6265 (1460 Juli 14).*

⁸⁷⁾ *Die gesetzte Frist lief eigentlich am 4. August 1460 aus; s.o. Nr. 6222 Z. 67f.*

⁸⁸⁾ *Lorenz Blumenau.*

venie petende nullum mandatum attulit, nullam potestatem.⁸⁹⁾ Quibus ex rebus et ipsum, qui tam nudus ac ieiunus venisset, arguimus et dominum suum, qui dare nobis verba putasset acriter reprehendimus. Moxque die termini adveniente, congregato publico consistorio sedimus pro tribunali ex more vetusto, in
255 quo, cum accusata esset per advocatum et procuratorem fiscales⁹⁰⁾ contumacia Sigismundi, affuit Laurentius antedictus, et Sigismundi vice petiit audiri. Cui respondimus, quamvis in hoc purgando crimine rei presentia requireretur, nos tamen procuratorem audituros, si mandatum sufficiens exhiberetur, et hac vice rigorem canonum nostra clementia lenituros. Renuit aliquamdiu procurator mandatum ostendere, sed, cum aliter frustra niteretur, tandem produxit, quod publice recitatum et a nobis et omni
260 circumstante corona prorsus inefficax, invalidum atque inutile iudicatum est, in quo nil aliud continebatur quam accepisse Sigismundum monitorium apostolicum sub certis penis contra se missum esse atque idcirco a nobis tanquam male informati ad nos ipsos bene informandos appellare⁹¹⁾ mittereque Laurentium doctorem, qui nobis et sacro collegio appellationem ipsam insinuaret atque in hoc tantum plenam potestatem doctori datam. Plura fuerunt verba mandati, verum effectus non alius, quam expressimus.
265 Quibus ex rebus et appellationem frivolum nullamque esse declaravimus et audientiam, que nichil ponderis habitura esset, denegandam censuimus. Moxque duos ex ordine episcoporum prelatos⁹²⁾ ad valvas ecclesie, in qua consedebamus⁹³⁾, mittentes Sigismundum vocari ter iussimus, si vel ipse vel alius suo nomine adesset, plena potestate fulcitus et dicere, quippiam vellet in causa. Episcopi iussionem nostram diligenter executi nullum inventum retulerunt, qui pro Sigismundo comparuerit. Instante itaque rursus
270 procuratore et avvocato fiscali contumacem Sigismundum, ut par erat, pronuntiavimus, nec tamen ulterius ea die duximus procedendum, sed ad idus usque vi. augusti (8. August 1460) expectare et iterum per litteras alias in eisdem valvis affigendas Sigismundum monere decrevimus, si fortasse interim aut ipse aut alius sua vice sese exhiberet, qui vel iudicium subire vel misericordiam petere vellet.⁹⁴⁾

Erat enim propositi nostri in utraque via Sigismundo benignas prebere aures et ad cor reverso more pii
275 patris vitulum saginatum apponere.⁹⁵⁾ Dixissemus cum sapiente: „Peccasti ne adicias iterum.“⁹⁶⁾ „Ecce sanus factus es, noli peccare.“⁹⁷⁾ Scimus, quia non est homo, qui non peccet, sed fugienda est in malo perseverantia, que rectius pertinacia dicitur et indulgendum est redeuntibus ac cum salvatore dicendum: „Vade et noli amplius peccare.“⁹⁸⁾ Quippe nichil nobis iocundius accidere potuisset quam Sigismundum aut iustum inveniri aut conversum, sed nichil horum experti sumus. Verum est scripture testimonium,
280 quia „peccator, cum venerit in profundum malorum, contemnit.“⁹⁹⁾ In ultimo termino nemo inventus est, qui Sigismundi causam tueretur aut verbum pro eo faceret. Sedimus igitur secundo in hac causa pro tribunali et contumacia Sigismundi iterum accusata et iterum declarata, cum ferre sententiam et administrare iustitiam per advocatum et procuratorem fisci magnopere rogaremur, et omnium circumstantium oculi in nos conversi iudicium tacite postularent, differre ulterius sententiam non valuimus. Mesti igitur et
285 alacres sententiam, que nostris aliis in litteris continetur¹⁰⁰⁾, applaudente et gratias agente prelatorum corona promulgavimus. Mesti propter antiquam damnati hominis benivolentiam, alacres propter iustitiam, quam dominus diligit¹⁰¹⁾, et communem utilitatem. Et quamvis reum amplioribus penis premere potuissemus, neque enim ligatus est Romanus presul, quin pro suo arbitrio nocentes affligat, hiis tamen censuris contenti fuimus, que scripto continentur in iure. Neque Sigismundum amplius urgere tulit
290 animus, quam sanctiones ipse veteres ac nove precipiunt. Si duri canones atque asperi sunt, et nos duri fuimus et asperi. Si mollia et facilia iura, nos quoque molliem et facilitatem pretulimus, quas nostri

⁸⁹⁾ Zum Auftritt Blumenaus vor der Kurie in Siena s.o. Nr. 6277f.

⁹⁰⁾ Der Fiskalprokurator Michael de Prato übernahm die Rolle des Anklägers; s.o. Nr. 6222 Z. 20.

⁹¹⁾ Die Appellation Nr. 6265 (1460 Juli 14).

⁹²⁾ Nämlich die Bischöfe von Chiusi und Orte, Alessio de' Cesari und Niccolò Palmieri; s.o. Nr. 6281 Z. 71.

⁹³⁾ Dom von Siena.

⁹⁴⁾ Zum öffentlichen Konsistorium vom 4. August 1460 s.o. Nr. 6277f.

⁹⁵⁾ Vgl. Lk. 15,30.

⁹⁶⁾ Sir. 21,1.

⁹⁷⁾ Job. 5,14.

⁹⁸⁾ Job. 8,11.

⁹⁹⁾ Spr. 18,3.

¹⁰⁰⁾ S.o. Nr. 6281 (1460 August 8).

¹⁰¹⁾ Vgl. Ps. 36,28.

predecessores statuerunt. Penis nichil addidimus, nichil detraximus. Quantum est auctoribus in hoc delicto statutum, tantum nos ultionis ex reo suscipiendum esse decrevimus. Legat ipse Sigismundus iura aut legi coram iubeat. Quod Felix, quod Bonifacius, quod Clemens¹⁰²⁾, nostri predecessores in hoc crimine sanxerunt, hoc secuti sumus. Quod si criminari et accusare in hac parte nostram sententiam 295 Sigismundus temptaverit, similis erit illis, qui vel de adulterio vel de cede damnati legem Juliam¹⁰³⁾ aut Corneliam¹⁰⁴⁾ accusant. De se ipso ac suis operibus Sigismundus, non de nobis conqueratur, quanquam, si sapiat ad misericordiam emendationem vite pretendens, quam contumax confugiet ad querelas, et illud omnino cavebit, ne deo et hominibus infensus procul ab ecclesia deiectus hiatu terre cum Dathan et Abyron infelicitate absorbeatur¹⁰⁵⁾, quod est illorum supplicium, qui a bonitate ecclesie contumaciter 300 abeunt.

Habetis, qui has legis, omnem rei seriem; in hunc modum negotia gesta sunt. Veritatem ipsam ante oculos vestros posuimus. Si quis aliter suadere uoluerit, deceptor sue atque aliorum est anime. Vos aures avertite et unitatem ecclesie tenentes Sigismundum et omnes sui consortes sceleris evitate, fugite virulentiam et contagionem eorum, et ,quasi fel draconum ipsorum vinum existimate'¹⁰⁶⁾ atque ita denique vos 305 gerite, ut in die visitationis domini cum hiis mercedem accipiatis, qui sunt de sorte eius et indiscissam in suis cordibus Christi tunicam custodientes¹⁰⁷⁾, unum deum, unam fidem, unum baptisma et unum Christi vicarium, ecclesie caput, Romanum presulem venerantur in terris. Datum Senis anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo sexagesimo quartodecimo kalendas septembris pontificatus nostri anno secundo.

310

¹⁰²⁾ Gemeint sind die Päpste Bonifaz VIII. und Clemens VII., die die Dekretalen ‚Felicis‘ (VI 5.9.6, ed. Friedberg II 1091f.) und ‚Si quis suadente‘ (Clem. 5.8.1, ed. Friedberg II 1187f.) erlassen haben, in denen die in Nr. 6281 ausgesprochenen Kirchenstrafen bereits enthalten waren. Der angebliche Papstname Felix rührt von einem Missverständnis Pius' II., dem das Incipit der Dekretale Bonifaz' VIII. offenbar nur ungefähr vertraut war: Felicis recordationis Honorii papae III, praedecessoris nostri, vestigiis inhaerentes ...

¹⁰³⁾ Lex Iulia (18 v. Chr.), augusteisches Gesetz zum Eherecht.

¹⁰⁴⁾ Leges Corneliae (82-79 v. Chr.), von Sulla erlassene Strafgesetze.

¹⁰⁵⁾ Die Brüder Datan und Abiram (Abiron), die nach einer Rebellion gegen Moses und der Anbetung des goldenen Kalbes von einer Erdspalte verschlungen wurden; vgl. Deut. 11,6; Ps. 105,17.

¹⁰⁶⁾ Deut. 32,33.

¹⁰⁷⁾ Vgl. C. 24 q. 1 c. 25, ed. Friedberg I 975.